Quelle: https://manuscripta.at/?ID=457
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

iudee egypto formidabilis siue sol
lempnis uel intelligitur testamentum. sic
et titulus in terminum egypti eruditorum
hystoria demonstrat. Denique adiungit.
Et erit in signum et testimonium dominice
uidelicet passionis. Tunc hii qui crediderint
concurrentibus egyptiis contra egyptios
et pugnante uiro contra fratrem suum et ci
uitate contra ciuitatem dimicante cum
persecutionis tempus irruerit. implorabit
domini misericordiam. statimque saluator adueniet
i. ihesus. hoc enim in lingua nostra sonat. Et cog
noscetur dominus ab egyptiis. et cognoscent eum
siue peccatores qui fuerint superati. siue
credentes presenti auxilio liberati. et colent
eum in hostiis et muneribus uotaque uo
uebunt domino et soluent. Respondeant
iudei. Lege preceptum est. ut altare non fiat
nisi in loco uno quem elegerit dominus. et hostie
tantum a sacerdotibus leuitici generis ymmo
lentur. et ecce esayas aperte docet quod egyp
tii cognoscant dominum. et colant eum. et hos
tias et munera offerant. et uota uoueant
atque persoluant. Si egyptii sacerdotium
habent. impletur et in illis pauli testimo
nium dicentis. Translato sacerdotio necesse
est ut et legis translatio fiat. Et percu
tiet dominus egyptum plaga et sanabit eam. et
reuertentur ad dominum. et placabitur eis. et sana
bit eos. Quem enim diligit dominus corripit.
castigat autem omnem filium quem recipit.
Persecutio non ad negationem credentium. sed
ad probationem pertinet et coronam. In die
illa erit uia de egypto in assyrios. et in
trabit assyrius in egyptum. et egyptus
in assyrios. et seruient egyptii assur.
Ante aduentum christi una queque gens suum

habebat regem. et de alia ad aliam nullus
ire poterat nationem. in romano imperio
unum facta sunt omnia. Doctus lector
ueteres reuoluat hystorias. et ab eufra
te usque ad tigrim omnem in medio regi
onem assyriorum fuisse cognoscat. Ergo
quos ueteres assyrios. nunc nos uocamus
syros. a parte totum appellantes. Quod
autem dicitur. egyptii seruient syris. et sic
accipiendum quod romane legiones syro
instructe milite egyptum custodiunt.
aut quod utriusque gentis inter se conmertia
sint. et habundantiam egypti syrie susci
piant ciuitates. sicut econtrario palesti
ne et phenicis bonis egyptus irrigatur.
Quidam nostrorum male hec ad mille annos
referunt. et more iudaico in consummatio
ne mundi futura pronuntiant. quando
antichristus de assyriis ueniens egyptum
et ethyopiam possederit. In die illa
erit israel tercius egyptiis et assyrio. be
nedictio in medio terre cui benedixerit
dominus exercituum dicens. Benedictus populus
meus egypti. et opus manuum mearum assy
rius. hereditas autem mea israel. Nequaquam
israel inter egyptum et assyrium medius elidetur.
nec antiochis et demetriis ad se iudeam
trahentibus regnum. nec ptolomeis pos
sessionem eius sibi uendicantibus. sed et ipsa
sub romano imperio. ac per hoc christi im
perio constituta. erit eiusdem conditionis cuius
et egyptus. et assyrius. et benedicetur in omni ter
ra. quia ex syon exibit lex. et uerbum
domini de ierusalem. Tunc dicetur a domino. benedictus
populus meus egypto. quando nequaquam
moyse. sed christo domino preeunte infinita
hominum milia solitudines repleuerint